Sit omnibus notum quod ego Agnes sponsa Salvatoris Tria parrochie de Saligia filia Joannis Serra alias Morell et domine Juste eius uxoris parrochie
de Sancto Dalmacio termini castri de Brunnola dictis parentibus meis cum alio instrumento in posse notarii infrascripti confecto die presenti post eorum obitum here-
ditata gratis et ex certa sciencia agens hec de consensu consilio et voluntate dictorum parentum et amicorum presencium et infrascriptorum sciencium confiteor et recognosco
vobis Salvatori Tria sponso meo presenti quod per manus Salvii Tria dicte parrochie de Sancto Dalmacio fratris vestri dedistis et solvistis michi voluntati mee
numerando omnes illas quinquaginta libras barchinonenses quas vos michi in donacionem vestram et nomine donacionis vestre attulistis et constituistis meas
et vestras tempore nupciarum prout in nupcialibus instrumentis inter me et vos factis die presenti in posse notarii infrascripti continetur unde renuncio exceptioni
pecunie non numerate non habite et non recepte et doli de predictis quinquaginta libris per vos michi ut predicitur exsolutis presentem vobis facio apocham
de soluta ac bonum et perpetuum finem et diffinitionem cum pacto firmissimo de ulterius aliquid non petendo prout melius et utilius ad vestrum et vestrorum bonum et sa-
num intellectum potest intelligi sine dolo ~~Et~~ Nos dicti Johannes Serra alias Morel et Justa eius uxor parentes dicte Agnetis predictorum consentimus eaque
laudamus et firmamus. Sig+num Agnetis. Actum est hoc in manso Morel parrochie de Sancto Dalmacio die decima septima mensis junii anno a nativitate
domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo. Sig+num Agnetis confitentis. Sig+na Johannis Serra alias Morell et Juste eius uxoris consencium
predictorum omnium qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Salvator Coma maior dierum et Petrus Coma ambo parrochie pre-
dicte de Sancto Dalmacio.

Hieronymus Font [illegible] presbiter [illegible] notarius publicus castri de Brunnola et eius termini qui hoc instrumentum
recepit [illegible] substitutum in notaria publica dicti castri vice et nomine discreti Johannis [illegible]
notarii publici dicti castri et termini eiusdem [illegible] scripsi et clausi.

[illegible]
[illegible] Agnes [illegible]
[illegible]

no 108

Apocha de [illegible]

(1333)

T.154 × 379

1527.VI.17

n° 1257